



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 100. De traditis bonis in Cogarden in pago Wikanavelde.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno 826 usque 853 imperante Hludouico et
quidquid habuit. testes arid euo beuo (L) deddo teudold et alii sex.

§. 100.

Tradidit officium quidquid in cogarden (I) habuit cum hereditate vxoris suae et cuiusdam consanguinei sui in eodem loco. testes eisulf teodulf tiadman bacco thiadgrim.

§. 101.

Tradidit uuala (M) pro remedio animae filii fratris sui nomine gherfridus X iurnales in ryadra (N) et filiam quae illic coniacet.

§. 102.

Tradidit asuco pro anima uuende et osburin testes arnulf (n) helpric halecmund uualdmund et alii quatuor.

§. 103.

Tradidit folcmeri in pago hessi (O) in uilla nuncupante buria (P) mansum unum et hominem latum cum vxore et filiis. testes hoger comes (Q) anulo (R) ragenhardus alduardus addic et alii nouem.

§. 104.

Sunt quidam homines (S) qui tradiderunt in pago thuringi

que controuersia a fluuio, Pather seu Pader appellato, et in vrbe Paderborna surgente, nomen traxit, pagus in antiquis annalibus de Carolo et Hludouici imperatorum rebus gestis celebratissimus. Villa uero Wamuri tempore episcopi Paderbornensis Meinwerci, id est, seculo XI nominabatur Waweri. Hodie dicitur Weuer. Olim ibi erant quidam nobiles dicti de Weuer; iam uero est sedes perillustrium Baronum de Imbsen, uasallorum Corbeiensium; uilla autem Weuer seu Wamuri ab vrbe Paderborna non longe abest.

De Beuone Warini Ab. Corb. fratre.

(L) Beuo frater abbatis Corbeiensis Warini fuisse uidetur, et forte idem est, qui §. 98. appellatur Bouo.

De Wala.

(I) De uilla Cogarden in pago Wikanaelde uide supra §. 96.

(M) Wala frater abbatis Adalardi Corbeiensis denotatur, qui erat filius Bernharti, fratris Pipini regis Francorum. Si ita est, quaeritur, quomodo amborum, Wala scilicet et Adalardi, frater appellatus fuerit? In uicis sane hoc tempore adhuc fuit Wala. Et ex donis patet, quaestionem propositam non esse de nihilo. Confer plura infra §. 169 et 231.

(N) Ryadre uilla in Registro nostro A. C. R. MS. 6to ponitur in pago Hergowe. Denotamus ergo per Ryadra uillam uicem Radern intra praefecturam Lichtenfels in principatu Waldeccensi obuiam.

(n) An Arnulf filius S. Meinulfi, de quo egimus supra §. 48, hoc loco significatur?

(O) De pago Hessi uide supra §. 33. not. (V)

(P) De Buria uide l. c.

De comite Hogero.

(Q) Hogerus comes an filius Marcwardi et Ricfuit, de quibus uid. §. 106.

(R) Anulo eodem §. 106. quoque reperitur inter testes.

De hominibus abbatiae Corbeiensis.

(S) De uoce hominis confer supra §. 24. not. (T) Ex hoc autem loco uidetur apparere, eadem adpellatione tempore Hludowici pii quoque insignitos esse nobilissimos Saxoniae nostrae, quos hodie appellamus duces, principes, comites et liberos barones.